



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Phocas M. 22. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

buiasset. Et annuit etiam huic Maximianus, in hoc uno adversus Christi cultores liberalis. Et profecto in nullis puto canis tam pulchrè vel sanguinibus rubuit, vel laurus viruit. Ex Surio.

Solerter animus ante actionis sua primordia cuncta debet adversa meditari; ut semper hac cogitata, semper contra hac thorace patientia munitus, & quidquid acciderit, providus superet; & quidquid non accesserit, lucrum putet. S. Greg. s. Mor.

S. PHOCAS M. 22. Septembri.

**H**OTrum Phocas dum vixit, coluit. Horti pulcherrimam rosam ipsum non male horti cultorem dixerunt, tunc præcipue, ubi suo se sanguine rigavit. Cæterum patria illi Sinope fuit, feras olim philosophorum urbs: quibus quidem omnibus vel opum vel mortis contemptu certavit olitor noster. Etenim quidquid hortus feret, prudenterius Phocas in miseros hospitiumque, quam ille olim in mare abjecit. Nam verò pro Christo moriens haud paulò eleganterius Christianæ philosophiæ sanguine, quam nostrates philosophi atramento, subscriptis. Sed audite vos qui fortuit de clamatibus, molliter morimini, in lectulis & mensis sapientes. Adsunt spiculatores, qui Phocam ad gladium querunt. Tecto, mensâ hic ipse excipit, & hospitalitatis tesseram securus cum hospibus communicat. Interē quærunt hi quis Phocas? ubi agat? quibus consiliis capi, necari possit? Nimirum ait Phocas, hunc nulli sequuntur sibi notum, nec longè abesse, & verò postero die traditurum se Phocam sine turbis in manus ipsorum. Interim tumulum sibi parat suus prædictus vespillo, postridie proditor. Cohortuere satelli-

tes,

tes, &

is sui

lam al

Accep

Nover

tos. E

Stu

labilit

cognosc

plexion

ns om

S. Ber

S. EN

O R

occidi

donis

suetud

habet,

EMME

parit.

radiis

xem n

omnia

spiritu

tur EM

innoc

sanguin

ma de

zér; qu

terat;

dantes

Ratisp

ces v

22. Sept. VITA SANCTORVM. 463  
us, in hoc  
Et profe-  
vel sanguis  
ordin cur-  
e cogitam,  
nitus, &  
guidqu  
. Mor.  
mbris.  
uit. Horti  
malè hori  
o se sangui-  
fuit, ferox  
dem omni-  
ercavit ol-  
s ferens,  
ospiteisque  
pro Chri-  
Christianis  
philosophis  
qui fortuer-  
lis & me-  
i Phocay  
ipse ex-  
cum hollis-  
quis Phe-  
necari pol-  
li æque ac-  
postero die  
in manus  
suum prædi-  
cre satelli-  
cc,  
tes, & lovem hospitalem reveriti, manus hospe-  
ti sui sanguine lavare reformidarunt. Sed ille nul-  
lam aliam symbolam quam cædem suam oravit.  
Acceptit ergo hanc, & temulo suo est conditus.  
Noverat jam, noverat resurgere flore terrâ obtru-  
tos. Ex Surio.

Stude cognoscere te; quia multò melior & lan-  
tibilior es, si te cognoscie, quam si, te neglecto,  
cognosceres cursum siderum, vires herbarum, com-  
plexiones hominum, naturas animalium, & habe-  
ns omnium celestium & terrestrium sapientiam.  
S. Bern. l. Med. c. 5.

S. EMMERANVS M. & P. 22. Septembris.  
**O**rum hoc sidus in Aquitaniâ est: luxit diu  
Bojariæ, sed numquam clarius, quam cum  
occidit. Res in hunc modum gesta. Vta Theodo-  
onis IV. Boorum Ducis filia, dum stupri con-  
suetudinem cum Sigebaldo juvne cætera nobili  
habet, ecce uterus intumescens scelus prodit; ipsa  
EMMERANO, dum patrem eum dicit, mortem  
parit. Landbertus enim Vtæ germanus scalarum  
iadiis illigato manuum pedumque digitos, aures  
item naresque & quæ natura velavit, articulatim  
omnia præsecat, eruit oculos, linguam denique  
spiritus avellit. Sed etiam sine hac cum loquere-  
tur EMMERANVS, quid aliud loquebatur, quam  
innocentem se mori? Quid? terra & illa quæ  
sanguinis imbræ biberat, illa quæ tumulum pri-  
ma dederat, numquam non virenzi cespite lata;  
et qui ipso XL. dies nefas flevit, quod homo fe-  
cerat; undæ Danubii & ipsæ cæli lacrymis exun-  
dantes, lampadum ignes, qui in eâ pompâ, quâ  
Ratisponam sacra lispiana advecta sunt, inter om-  
nes ventos pluviasque pertinaciter emicabant;

V 4.

mira